

ANTONII
CONCIOLI

J. C. CANTIANENSIS,

Et Prothonotarii Apostolici

ANNOTATIONES QUAMPLURIMÆ

IN STATUTIS

CIVITATIS EUGUBII,

AD SINGULAS FERÉ RUBRICAS COLLATIS
cum Jure Canonico, ac Civili; facili, brevique methodo explanatis
auctoritatibus Recentiorum Doctorem, & præcipuè Sacræ Rotæ Romanæ.

QUIBUS ACCESSERUNT ADDITIONES

FRANCISCI ROMAGUERA J. C. Gerundensis iuxta Jus Commune
ampliata, & compacta; materias Canonicas, Civiles, Criminales, ac
Politicas continentes.

CUM DUPLICI INDICE RUBRICARUM, ET MATERIARUM.



VENETIIS, M. DCC.

Apud Nicolaum Pezzana.

SUPERIORUM PERMISSU, ET PRIVILEGIO.



**D E I P A R Æ
S U B S A C R A T I S S I M I
R O S A R I I I N V O C A T I O N E
H O C O P U S D I C A T U R.**



QUÆLIBET fuit mos Antiquis, Modernorum posteritati prælegatus, sese, & ipsorum facta potentiori terreno Principi commendare ut optimo Mæcenati; eo omnibus grata forent; utque stridentes Zoili dentes ea rodere trepidarent; at sanè fallax hominum iudicium; terrena enim opera mundano tutelari fisa facile uti tollunt, quod vento rapitur, dilabuntur, si autem cœlesti perennabunt: tibi inquam Cle-

mentissimæ super omnes Angelorum Choros Regina, Omnipotentis Cœli; & terræ Creatoris filia, humani generis Redemptoris Matri, Immaculatæ Divini Spiritus Sponsæ hos primævos ingenioli mei partus, devotionis æstro percitus dico, tu inquam: quæ **A**, profundissimam Divinæ Sapientiæ penetrasti abyssum, fac, ut profundam legalis pelagi metiar dimensionem: Tu quæ **B**, à primo Conceptionis instanti usque ad feliciorum transitum rationis usu prædita extitisti, fac, ut in hoc brevi opusculo à rationis tramite non deviem: Tu quæ **C**, ab animationis instanti semper Deum, qui est summa Veritas, clarè vidisti, fac, ne à veritate discedam, & veritatem quærarum. Tu quæ **D**, gratiæ abyssus appellaris, fac, ut in terris ob hoc opusculum apud gentes gratiam inveniam, & apud Deum ob suam misericordiæ immensitatem illam merear. Tu quæ **E**, Turris David ædificata cum propugnaculis, esto turris, & propugnaculum nugosos erga detractores; ad te uti securum Portum ingenioli mei properat navicula, sub tamen Sacratissimi ROSARII Regina nomine; cum enim ROSARIUM microcosmus appelletur, eò quia gratiosa JESU CHRISTI continet acta; pariter tu microcosmus appellaris **F**, ob tantarum gratiarum collectionem: fave, quæso, clienti tuo, & hæc scripta foveas quæ Mater, ornes quæ Virgo, illustres quæ Regina, ac tuearis quæ Patrona, & tota ad lîs Auctori, ac operi nomine, numine, clientela, ope.

A
*S. Bernardi
super illud
mulier omni-
lia, 17c.*

B
*S. Bernardi,
Sen. tom. 2.
serm. 52. art.
2. cap. 1.*

C
*S. Antonii,
par. 4. tit. 15.
cap. 17.*

D
*Damasus,
orat. 2. de
dormit. virg.*

E
*Cantic. 4.
vers. 4.*

F
*S. Thom. de
Vilano. Con-
ti. 3. de Na-
t. Virg.*

FRANCISCVS ROMANVS
HUMANA



P R Æ L U D I A G E N E R A L I A A D M A T E R I A M S T A T U T O R U M

S U M M A R I U M.

- S**tatutum est illud jus, quod unaquaque Civitas sibi constituit.
- Statuti appellaturis sunt etiam consuetudo. Statutum, & consuetudo à pariprecedunt. Licet contrarium tenet Ferronius, n.4. Statutum ubi, est illud est attendendum. Non autem jus commune, n.6.
- Statutum dicitur jus commune Civitatis. Et idè illud est omnino servandum, n.8. Cùm illius decisio reddat inane omnes dispensationem, n.9.
- Statutum habens pro se, dicitur habere intentionem fundamentam.
- Statutum est interpretandum, ut corrigat jus commune minus quam fieri potest. Ita si potest corrigere in uno, vel in pluribus interpretandum sit, quod in uno tantum corrigat, n.12.
- Statutum recipit interpretationem à jure communi. Ita ut quando est conforme juri communi recipiat omnes ejus ampliationes, & limitationes, n.12.
- Statutum recipit interpretationem ab alio statu.
- Statuti uno pari declarat aliam.
- Statutum recipit interpretationem magis ab alio Statuto, quam a jure communi. Cùm en habentibus similibus facilius sit transitus, n.18.
- Statutum recipit interpretationem à statuto Civitatis dominantis. Et à statutis aliarum Civitatum, n.20.
- Statutum recipit interpretationem à consuetudine, & observantia. Ratio offertur, n.22.
- Observantia interpretativa non est necesse, quod sit prescripta.
- Statutum non recipit interpretationem à jure communi, si illud est contrarium.
- Statutum excludit interpretationem, non excludit bonam, & rationabilem. Etiam si statutum mandet, illud intelligi prout iacet, n.26.
- Statutum est interpretandum, ut non mereatur à Sapientibus reprobandi. Et ne iniquitatem in se contineat, n.28. Et quod illud non sit mancum, n.29.
- Statutum loquens cum aliqua qualitate, non habet locum nisi concurrente qualitate. Ratio offertur, n.31. Cùm qualitates statuti sint de forma, n.33.
- Statuta alia sunt ordinataria, & alia decisoria. Ordinataria sunt, quae dant certam formam procedendi, n.35. Decisoria verò, quae suis decisionem respiciunt, n.38.
- Statuta ordinataria servanda sunt in foro, ubi hi agitur, etiam inter forenses. Ratio offertur, n.38. Ac etiam si litigantes essent Clerici litigantes in foro laici, n.39. Licet scilicet si in divoritiis, n.40. Nisi clerici agere fundet se in statuto, n.41.
- Laici litigantes in foro Ecclesiastico ligantur et ordinarii iudicii.
- Statutum decisorium non ligat forenses litigantes in foro statuti. Censol. ad Stat. Regali.

- Statutum in dubio praesumitur usu receptum. Quae praesumptio transfert onus probandi contrarium in adversarium, n.45. Quicquid contrarium senserit aliqui Uidereri, n.46. Et eo magis si statutum sit descriptum in volumine statutorum, n.47. Et confirmatur in Archiepiscopo publice, n.49. Nisi tamen statutum sit confirmatum cum Clausula. Quatenus in usu, n.53. Praesumitur tamen esse in usu, si sit conforme juri communi, n.50.
- Statutum quod non sit in usu non sufficit probare, quod casus non evenit. Sed est probandum, quod casus evenit, & fuerit servatum contrarium, n.51. Ratio offertur, n.52. Intelligi de consuetudine populi habentis auctoritatem legis condenda, n.54.
- Testes volentes probare statuti non usum, quomodo debeant depone.
- Statutum usu non receptum non est servandum. Cùm illud non dicatur statutum, n.57.
- Statutum habet tacitam conditionem, si usu recipiatur.
- Jurans servare statutum non tenetur servare illud, quod non est in usu.
- Statutum usu non receptum non ligat Civem, nec forenses.
- Populi subijcti sedi Apostolica non possunt evadere statuta sine confirmatione Papae. Maxime si statutum sit juri communi contrarium, n.62. Ita ut non sufficiat confirmatio praesumpta ex cursu temporis, n.63. Quae procedunt etiam in alijs Civitatibus recognoscantur summo, n.64. Possunt tamen illa condere circa administrationem sacrum beneficiorum, n.65. Ratio offertur, n.67. Inveniendo in eis non apponant penam, n.68.
- Statuta condere est jurisdictioni.
- Confirmatio statuti in forma communi quando dicitur facta, & n.70. Et quando dicitur facta in forma specifica, n.71.
- Confirmatio statuti in dubio censetur facta in forma communi.
- Confirmatio statuti praesumitur ex observantia longi temporis. Quae non potest verificari in Statu Ecclesiastico, n.74. Nulla tamen confirmatio censetur facta in forma communi, n.75. Nisi tamen illa deducatur ab incommuniabilibus, n.76.
- Confirmatio in forma communi non sufficit, quando statutum est contra jus. Quicquid sit quo ad statutum exclusivum formatum, n.78. Et quo ad statuta rationalia, n.79.
- Statutum exorbitans requirit confirmationem in forma specifica. Licet scilicet sit, si illud sit factibile, n.81.
- Statutum contra jus commune non censetur confirmatum per generalem confirmationem. Inveniendo in confirmationem non sit clausula suadens contrarium, n.83. Ut scilicet clausula, dummodo non fiat contra libertatem Ecclesiasticam, n.84.
- Statutum nullum, vel iniustum non censetur confirmatum per generalem confirmationem.